

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1575

Autre(s) référence(s) : Fauroux 131 / Tabuteau 204

Auteur(s) : Guillaume de la Ferté [particulier]

Bénéficiaire(s) : Tours, Saint-Julien (abbaye)

Genre d'acte : diplôme

Authenticité : douteux

Datation : 1053

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume le Bâtard confirme et souscrit la charte par laquelle Guillaume de la Ferté[-Macé] donne au monastère de Saint-Julien [de Tours], l'église Notre-Dame de Bellou[-en-Houlme], l'autel avec les dîmes, les prémices, le droit de sépulture, de synode, de visite (circada), et toutes les forfaitures relevant de cette église : sacrilège, vol, viol de cimetière, ainsi que les crimes relevant de l'évêque. Il agit ainsi avec le consentement de son seigneur Yves évêque de Sées, dont il tient en bénéfice les coutumes de cette église, ainsi que celles de deux autres, assujetties à la première.

Il concède aussi l'église Notre-Dame d'Habloville avec les dîmes, les prémices et les autres coutumes ; l'église Saint-Pierre de Giel avec ses revenus et les coutumes appartenant à l'évêque. La collation du juniorat de ces églises appartiendra aux moines.

Il donne les deux églises Notre-Dame de Magny[-le-Désert] et Notre-Dame de la Ferté[-Macé], avec les dîmes, les prémices, les droits de sépulture, de synode et de visite et tous les revenus appartenant à l'évêque, comme il le tient lui-même de l'évêque du Mans.

Il ajoute une charruée de la terre d'Helgotus de la Beslère, et une charruée à Habloville.

A la mort de Guillaume de la Ferté, les moines de Saint-Julien obtinrent de son fils Guillaume et de ses frères, la confirmation de cette donation moyennant cent sous du Mans.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Denis Louis-Jean (Abbé), *Chartes de Saint-Julien de Tours (1002-1227)*, Le Mans, Société des Archives historiques du Maine (Archives historiques du Maine ; 12, fasc. 1), 1912, n° 24, p. 34.
- b. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 131, p. 303-305.

Indications

Appert Jules, Bernier Paul-Dominique, *Essai sur le prieuré et la baronnie de la Ferté-Macé d'après les chartes fertaises de l'abbaye de Saint-Julien-de-Tours*, *Revue catholique de Normandie* n°1, 1891-1892, p. 76-78 et 165-172. Lemarignier Jean-François, *Étude sur les privilèges d'exemption et de juridiction ecclésiastique des abbayes normandes depuis les origines jusqu'en 1140*, Paris, Picard (Archives de la France monastique ; 44), 1937, p. 70 et 73, n. 38.

Dissertation critique

Selon D. Bates, deux actes de Saint-Julien de Tours (FAUROUX, n°131, 142 ; SCRIPTA 1575, 1586) connus par des copies « corrompues ». Sur ce point, voir BATES, William the Conqueror, 2016, p. 95 et n. 13.

Texte établi d'après b

Auctor legis, Deus, inter multimoda precepta antiquitus data, primitias decimasque sacerdotibus et ministris altaris a populo suo offerri mandavit. Quod edictum, tonanti ipsius voce Salvatoris, in sacris evangeliiis est assertum atque apostolicorum virorum scriptis districtiorem lege sancitum ita ut laicales personas decimas primitiasque æcclesiis debitas ad necessarios usus transferentes, horribili feriant anatemate. Et non modo prophetica proloquia evangeliorumque tonitrua cunctarumque divinarum paginarum hortamina decimas primitiasque reddere, verum helemosinis cæterisque bonis operibus fideles quosque hortantur invigilare. Que ego Willelmus, morte pertractans et considerans a justo iudice Deo unicuique pro benefactis æterna premia recompensari, et pro non bene gestis æque supplicia rependi, pro remedio animæ meæ uxorisque et omnium filiorum meorum, et ut valeamus in illorum qui sua Deo contulerunt coetu numerari, dono et trado Sancto Juliano monachisque ejus perpetualiter æcclesiam Sancte Marie de Berlo et altare et omnes redditus eorum, decimas scilicet, primitias, sepulturam, sinodalia, circada et omnes forfacturas ad ipsam æcclesiam pertinentes, hoc est sacrilegium, latrocinium, infracturam cimiterii, et cum omnibus commissis episcopo pertinentibus, et quodquod ad presens in his rebus possideo, et in futurum acquirere potuero, cum assensu filiorum meorum genitricisque ipsorum dominique mei Ivonis, Oxismorum presulis, de quo prescriptas consuetudines hujus æcclesiæ et duarum subjectarum in beneficio teneo, et cum auctoritate Willelmi Normannorum principis Rogeriique mei senioris. Eodem tenore concedo Sancto Juliano et ei servientibus æcclesiam Sanctæ Mariæ de Hablotvilla, cum decimis et primitiis, consuetudinibusque in priori æcclesia prescriptis, æcclesiam quoque Sancti Petri de Guaiolo eodem animo trado monachis prefati martyris, cum omnibus redditibus ipsius et consuetudinibus episcopo pertinentibus. Junioratus etiam ipsarum ecclesiarum in monachorum potestate omni tempore sint. He æcclesie in diocesi Oxismorum ... constitute. Alias nichilominus æcclesias de Magniaco et de Firmitate, utrasque in honore sancte Dei genitricis consecratas, Sancto Juliano dono cum decimis, primitiis, sepulturis, synodo, circada et cum omnibus redditibus episcopo pertinentibus, sicut ego de Cinomannensi pontifice, de cujus episcopatu sunt, possideo. Adicio quoque terram Helgoti de la Berlaria, quantum sufficit uni carruce ad tres saciones, in Ablovilla similiter ad unam carrucam. Hec omnia ascripta et que in futurum augere potuero Sancto Juliano trado, ut memores sint mei dominorumque meorum et filiorum et quorum assensus in his fuerit. Quod si fuerit aliquis, vel parens seu heres, aut quilibet extraneus, qui hoc scriptum infringere temptaverit, auxilio omnipotentis Dei omniumque sanctorum destitutus, consortium Jude proditoris cunctorumque malorum, nisi resipuerit, sorciatur. Ut vero certior firmiorque hujus scripture vigor perduret, eam firmavimus manibus dominorum et filiorum amicorumque meorum corroborandam tradidimus.

Post mortem Guillelmi hujus rei datoris, monachi Sancti Juliani dederunt Guillelmo filio ejus et fratribus suis, pro confirmatione hujus rei, .C. solidos cenomannenses per manus Bernardi monachi.

Sixnum Hivonis, pontificis Sagiarum, quod est Oxismorum. S. Willelmi, principis. S. Maildelindis, uxoris ejus. S. Willelmi, comitis de Archis. S. Guidonis comitis de Brionna. S. Rodulfi cubicularii. S. Ingenuffi. + S. Willelmi qui hoc donum fecit. S. filii ejus +. S. Rotgerii de Bellomonte.

Acta sunt hec anno 1053, regnante Heinrico rege anno 28, ante presentiam Guillelmi comitis Normannorum.